Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



116

leo cum rugit omnis bestiae timent. et ipse in sua fortitudine confidere ostenditur. Clamauit xpc leo appellatus. propter fortitudinem siue p se. siue p suos pdicatores cum dicit. Omnis arbor quae non facit fructum bonum excidetur. et in ignem mittetur. Et iterum. Leo tentiam agi[illegible] te. appropinquabit enim regnum celorum. Et hac sua uoce fortitudinem suam demonstrauit. dum multos sibi subiecit. Bestias quoq; idem bestiales et feroces homines timore excussit. Quod uero fecit xpc fecerunt et eius apli. eterna tormenta pdicando peccatoribus. et feroces homines ad fidem illius sua doctrina conuertendo. Et cum clamasset. locuta sunt septem tonitrua uoces suas. Quid p septem tonitrua nisi uniuersalis eccla. in suis pdicatoribus intelligitur septiformi spu repletis. Vnde et bene clamauit leo prius ac postea. septem tonitrua sunt locuta. quia uidelicet prius pdicauit xpc deinde apli. et ceteri doctores ad eius uocem pfecti pdicauerunt ubique. Bene autem septem tonitrua uoces suas loqui prohibentur. quia scia pdicatio non iudaorum fabulas. non philosophorum nenias. non hereticae uersutias. in suis dogmatibus receptat. sed ppriis sensibus ut e edita semetipsam in auditorum cordibus p seos pdicatores diffudit. Possunt autem et in septem tonitruis specialiter sci apli intelligi. qui in rota huius seculi tonant. quia alta et pfunda obscura et terribilia locuuntur. Vnde et eorum numerus ex paribus septenariis conficitur. idem ex pari quaternario et impari ternario. Siue enim tria p quatuor. siue quatuor